

De Baptismo, eiusq; speciebus. Cap. III.

7

text. in cap. debitum, exit. de baptis. quem dicunt alio nomine baptismum deuotio-
nis, seu contritionis, & non conuenit iste baptismus nisi adulti habentibus v-
sum rationis, & baptismi vicem, de con-
secr. dist. 4. Sed baptismus sanguinis sit
in sanguine proprio aliquius occisi, ut
cum quis veleret recipere baptismum aquæ,
sed impeditur tyrannica persecutio, &
in confessione fidei martyrizatus, pro-
prio sanguine baptizatur. Hoc baptismus
baptizati fuerunt martyres interfecti pro
nomine Christi, bene facit c. catechumi-
num, de consecr. dist. 4. ex quo text. colli-
gitur, q; potissimum est baptanus san-
guinis. vbi dicit August. Baptizatus con-
fiteretur fidem suam coram sacerdote, Mar-
tyr coram persecutore, ille post profes-
sionem suam aspergitur aqua, hic san-
guine. & sic ponit August. excellentiam
baptismi sanguinis in duobus. Primo in
majoritate fidei: quia baptizandus confi-
teretur coram sacerdote, ille coram perse-
cutore. Secundo in materia baptismi: quia
ille post confessione, aspergitur aqua, iste
sanguine. Tertio adde, quia aqua baptis-
mi sola sacramentali significacione vide-
tur representare passionem Christi. San-
guis vero reali significacione. Quarto in
pleniore receptione Spiritus sancti: quia ille
accipit Spiritum sanctum, sed iste effici-
tur habitaculum eius, in quo plenior recep-
tio designatur. Quinto in ampliori com-
municatione Christi, quia Eucharistiæ
communicat in cœmemoratione mortis, quia Luç 22. Hæc quotiescunque fe-
ceritis in mea commemorationem facie-
atis, iste ipsi Christo commoritur. i. simil
moritur: quia sicut Christus pro eo mor-
tuus est, ita iste pro Christo. Sexto in ma-
iori reuerentia humanae vite, quia ille co-
fiteretur se mundi actibus renunciare, iste
ipsiis illecebris. i. passionibus renunciat,
& vita. Septimo efficaciore virtute, quia
illi omnia peccata remittuntur, sed non
extinguuntur, d. cap. catechuminum. Sed
martyrio omnia extinguitur, ita vt nec
vestigium maneat, nec formes. Vnde Da-
maice. Valde venerandum est baptismus,

quod secundis non conquinatur sordi-
bus, vnde etiam statim introducit in glo-
riam. Præsens autem intentio nostra est
agere de baptismis aquæ, qui dicitur sacra-
mentum fidei, quia in eo fides confer-
tur, per quam Christum induimus. Gal.
3. Quicunque baptizati esis, Christum
induisti. Dicitur etiam sacramentum pœ-
nitentia, quia quavis in baptismo non sit
necessaria pœnitentia luctuosa secundum
Aug. est tamen necessaria in adultis pœ-
nitentia, scilicet displicentia pœnitentia
vita, scilicet quo ad maiores, & adultos
qui vsum rationis, & discretionis habet,
cap. tres sunt, de pœnit. dist. 1. glo. in cap.
sine pœna, de consecrat. distin. 4. non au-
tem quo ad pauperos, qui vsum rationis
non habent. arg. glo. in d.c. siue. Turret.
in c. firmissime. Dicitur autem ba-
ptismus ab eo, quod est baptizare, quod
Greco id est, quod huare Latinæ. Secun-
dum autem quod baptismus est nomen
sacramenti omisiss. aliis definitionibus,
sic definitur à magistro Sent. lib. 4. dist. 3.
& à glo. in cap. necessarium, de consecr.
distin. 4. quod est ablutionis corporis exter-
ioris fæta sub forma verborum prescri-
pta. Huic simili est alia definitio Augu-
stus huiusmodi est. Baptismus est intum-
cito in aqua verbo vita sanctificata. Vbi
notandum, quod sicut in sacramento al-
taris sunt tria, scilicet sacramentum tan-
tum, res, & non sacramentum, & res at-
que sacramentum. cap. cum Martha. §. di-
stinguendum, de celebr. miss. Ita in baptis-
mo fæta vnum, quod est tantum sacramen-
tum, quod est applicatio aquæ ad homi-
nem, quod est ablutionis: aliud, quod est res
tantum, scilicet gratia infusionis, & pec-
catorum remissio, & hoc notatur, dum
dicitur. Baptismus est ablutionis: nam sacra-
mentum est aliiquid visibile exterius exi-
stens, quod scilicet est signum interio-
ris effectus. & ita ablutionis corporis exter-
ioris quod est sacramentum, significat ab-
lutionem interiore, scilicet peccato-
rum remissionem, & gratia infusionem:
sacramentum vero & res est character.
Ita Abb. antiqu. in cap. maiores. de baptis.
Turret.